

NvK bestellt mit apostolischer Autorität den Abt von Wilten sowie die Prioren von Rebdorf und Illmünster zu Visitatoren der Prämonstratenserklöster im Herzogtum Bayern, nämlich der Klöster Steingaden, Windberg und Schäftlarn. In allen drei Klöstern habe die Regelobservanz stark nachgelassen. Er erteilt den Visitatoren weitreichende Straf- und Absolutionsvollmachten und schließt ein Eingreifen der vom Prämonstratenserorden bestellten Visitatoren aus.

Or., Perg. (Notariatssignet des Heinrich Pomert): WILTEN, StA, Lade 87 C 1.

Kopie (17. Jb.): WILTEN, StA, Lade 87 C 2; BOZEN, StA, Lade 13 Nr. 8 F; (A. Tschaveller, 1730): INNSBRUCK, Museum Ferdinandeum, Dip. 1005 p. 459f.

Druck: Kempter, *Acta pro veritate* 202-206.

Regest: Jäger, *Regesten* I 316 Nr. 213.

Erw.: Sinnacher, *Beiträge* VI 472f.; Tinkhauser/Rapp, *Archivberichte* II 268 Anm. 27; Vansteenbergh, *Cardinal* 153 Anm. 3; Backmund, *Monasticon Praemonstratense* I 164; Lentze, *Reform des Stiftes Wilten* 516f. (ND in ders., *Studia Wiltinensia* 91f.); Lentze, *Studia Wiltinensia* 233; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 112f.; Machilek, *Rebdorf und die Reformen* 271.

Nicolaus miseratione divina tituli sancti Petri ad vincula sacre Romane ecclesie presbiter cardinalis et episcopus Brixinensis, commissarius unicus ad infrascripta a sanctissimo in Christo patre et domino nostro Pio divina providentia papa secundo specialiter deputatus, religiosus ac venerabilibus in Christo nobis dilectis abbati Wiltinensi<sup>1)</sup> ordinis Premonstratensium nostre Brixinensis diocesis et priori in Perdorff<sup>2)</sup> (!) 5 ordinis canonicorum regularium Eystetensis diocesis monasteriorum necnon preposito ecclesie collegiate in Illminster<sup>3)</sup> Frisingensis diocesis salutem in domino, et nostris huiusmodi ymoverius apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis, quod nuper ipse sanctissimus dominus noster papa Rome in suo palatio apostolico quandam commissionis sive supplicacionis cedulam nobis assignavit atque, 10 ut iuxta et secundum eiusdem supplicacionis et cedulae vim, effectum et tenorem faceremus aliaque omnia et singula negotium illud, de quo ipsa cedula continetur, concernencia et circa id quomodolibet necessaria seu oportuna debite executioni

<sup>1)</sup> Ingenuin Mösels, seit August 1458 Abt von Wilten. NvK hatte ihn vor seiner Amtseinführung persönlich zum Gespräch nach Buchenstein vorgeladen und war offenbar von seinem vorbildhaften Lebenswandel überzeugt. Vgl. Nr. 5702f. Allerdings stellte sich der Abt im eskalierenden Streit zwischen Hz. Sigismund und NvK auf die herzogliche Seite und schloss sich der Appellation Hz. Sigismunds vom 14. Juli 1460 an; s. künftig AC III 2. Das Reformprojekt der bayerischen Prämonstratenserklöster, von dem ansonsten auch keine Nachrichten überliefert sind, dürfte dadurch und auch durch den 1460 erfolgten Tod Hz. Albrechts III. zum Erliegen gekommen sein.

<sup>2)</sup> Johann Herden von Freudenberg, Prior von Rebdorf (1458-1483). Das Augustinerchorherrenstift Rebdorf bei Eichstätt war 1453/54 vom Eichstätter Bischof Johann von Eyb reformiert worden und schloss sich 1458 der Windesheimer Kongregation an. Der Prior Johann Herden war dabei aus dem Kloster Kirschgarten nach Rebdorf transferiert worden, um die Windesheimer Observanz durchzusetzen. Er konnte dabei aus der Sicht des NvK als besonders vorbildhaft gelten. Vgl. Lentze, *Reform des Stiftes Wilten* 516 (ND in ders., *Studia Wiltinensia* 91); J. Höcherl, *Rebdorfs Kanoniker der Windesheimer Zeit 1458-1853* (Sammelblatt des Historischen Vereins Eichstätt 85), *Eichstätt* 1992, 14-18, 38f.; ders., *Kloster Rebdorf. Von der Gründung bis zur Gegenwart*, Rebdorf 1996, 55-59; Machilek, *Rebdorf und die Reformen* 269-271 mit der Lit. zu Johann Herden in Anm. 66.

<sup>3)</sup> Konrad Sieber, Propst von Illmünster und wichtiger Vertrauter Hz. Albrechts III. von Bayern-München. Er war 1457 mehrfach mit NvK zusammengetroffen; vgl. Nr. 4302 Anm. 5, 4468, 5307, 5364, 5396. Wahrscheinlich war dabei auch der Zustand der bayerischen Prämonstratenserklöster zur Sprache gekommen, nachdem NvK zuvor im Dezember 1456 und Mai 1457 einen Austausch von Mönchen zwischen den Prämonstratenserklöstern Wilten, Steingaden und Schäftlarn angeregt hatte; s.o. Nr. 5063 und 5223.

demandaremus, vive vocis oraculo commisit atque specialiter et expresse dedit in  
15 mandatis, cuius supplicationis cedula tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis:  
(*Folgt* Nr. 5829).

Consequenter fuimus pro parte illustris principis domini Alberti Bavarie ducis pro  
divini cultus augmento dono dei attentis, ut in suis et aliorum illustrium principum  
Bavarie ducum terris et dominiis sacra religio eciam in ipso ordine Premonstratensium  
20 reviviscere possit, debita cum instantia requisiti, quatenus ad preinserte nobis facte et  
exhibite commissionis sive supplicationis cedulae et in eadem contentorum aliorumque  
nobis viva voce commissorum huiusmodi debitam executionem procedere dignare-  
mur.

Nos igitur Nicolaus cardinalis et episcopus ac commissarius prefatus attendentes  
25 requisitionem huiusmodi fore iustam et consonam rationi volentesque, ut tenemur,  
apostolicum mandatum huiusmodi nobis factum reverenter exequi, sed quam multis  
arduis in ipsa Urbe Romana universalis ecclesie negociis impediti, quod in propria  
persona facere non possumus, aliis fidelibus ac deo devotis libenter committimus.  
Quapropter de vestre fidei integritate, optimo zelo ad dei cultum et religionis obser-  
30 vancia prudentiaque et circumspeccione firmam spem in domino obtinentes, discre-  
tionis vestre apostolica nobis concessa auctoritate negocii huius committimus plenarie  
vices nostras, vobisque in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus, ut  
receptis presentibus vos abbas cum uno ex duobus aliis subdelegatis nostris sancti  
Johannis in Steingaden<sup>4)</sup> Augustensis et Windberg<sup>5)</sup> Ratisponensis per abbates atque  
35 sancti Dyonisii in Schefflarn<sup>6)</sup> Frisingensis diocesis per prepositum solita gubernari  
monasteria dicti ordinis Premonstratensium, in quibus observancia sancte religionis  
iam, proch dolor, uti fertur, plurimum abolevit, quotiens opus fuerit, personaliter  
accedentes monasteria illa et ipsorum quodlibet tam in capite quam in membris visite-  
tis, ac ubi necesse vel oportunum fuerit, debite reformatis auctoritate antedicta eciam  
40 eo modo, quo prefatum monasterium Wiltinense extat visitatum et reformatum cum  
omnimoda potestate ordinationes et statuta in eisdem monasteriis iuxta dictam  
regulam ad tempus vel in perpetuum duratura faciendi et ea sub penis, de quibus vobis  
abbati et uni alteri ex vobis predictis subdelegatis nostris videbitur, observari mandandi  
et faciendi ac personas inutiles ad alia monasteria eiusdem ordinis, ubi regularis viget  
45 observantia, destinandi et inde, quando videbitur, revocandi necnon rebelles quoscum-  
que per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia compescendi, castigandi et incarce-  
randi, a suorum ordinum et officiorum executione suspendendi et cum eisdem, post-  
quam id meruerint, desuper dispensandi et eos eciam absolvendi necnon eos, quos in  
rebellionem, quod absit, persistere contingat, penas, sentencias, censuras eis comminatas  
50 incidisse declarandi atque eciam in monasteria huiusmodi et eorum ecclesias ecclesia-

<sup>4)</sup> *Das Prämonstratenserklöster Steingaden südwestlich von München; s.o. Nr. 5063 Anm. 3 (Lit.).*

<sup>5)</sup> *Das Prämonstratenserklöster Windberg nordöstlich von Straubing; s. N. Backmund, Kloster Windberg. Studien zu seiner Geschichte, Windberg 1977; H. Lickleder, 850 Jahre Prämonstratenserabtei Windberg. Skizzen zu seiner Geschichte, in: 850 Jahre Prämonstratenserabtei Windberg, München/Zürich 1993, 13-21; jedoch jeweils ohne Hinweise auf eine Reform um 1459. Abt von Windberg war 1435-1461 Albert von Perching; Backmund, Kloster Windberg 175.*

<sup>6)</sup> *Das Prämonstratenserklöster Schöfflarn südlich von München; s.o. Nr. 5063 Anm. 4 (Lit.).*

sticum interdictum, nisi obedierint, ut tenentur, ponendi et observari mandandi nostra ymoverius auctoritate apostolica antedicta; volentes etiam et dicta auctoritate decerentes, quod in his, que per vos abbatem Wiltinensem cum aliquo ex aliis subdelegatis nostris huiusmodi, sicut prefertur, visitatis, reformata, statuta, mandata, facta et ordinata fuerint, pro tempore in monasteriis antedictis ordinarii visitatores prefati ordinis 55 deputati seu pro tempore deputandi nichil omnino mutare aut innovare possint et valeant sub excommunicationis ac suspensionis a divinis et actibus legitimis latorum sententiarum penis.

Nolumus tamen per hoc neque intendimus, prout nec dictus sanctissimus dominus noster papa non vult neque intendit, dicto ordini et superioribus suis et eorum privilegiis et libertatibus in aliquo preiudicare<sup>7)</sup>, sed quod dumtaxat in factis, statutis et ordinatis per vos se nichil valeat impedire. Quocirca abbatibus et preposito et eorum conventibus supradictorum monasteriorum ordinis ipsius Premonstratensium, ad que ipsi nostri ymoverius apostolici nuncii et visitatores deputati sunt, ut prefertur, in virtute sancte obedientie ac sub excommunicationis quoad singulares personas ecclesiasticique 65 interdicti latis sententiis, quas ferimus in hiis scriptis, quoad eorundem abbatum, prepositi et conventuum ecclesias et loca districte precipiendo mandamus aliisque omnibus et singulis sua quomodolibet interesse putantibus, quatenus vos abbatem, priorem et prepositum communiter et divisim apostolicos nuncios et visitatores et subdelegatos nostros, dum ad eos eorumque monasteria et loca pro exercendo et 70 adimplendo officio vobis per nos iniuncto visitationis et reformationis huiusmodi accesseritis seu unus aut duo ex vobis accesserint, cum omni reverencia et obedientia, quibus apostolice sedi adstringuntur, suscipiant et ad visitationis et reformationis officium exercendum et adimplendum libere et absque omni impedimento admittant vobisque ut talibus in omnibus et per omnia pareant et intendant, omnem vobis seu 75 duobus ex vobis monasteriorum et personarum suarum ac conventuum huiusmodi a supremo usque ad infimum dispositiones et condiciones integre manifestando necnon omnia et singula alia, que vos aut duo ex vobis in eiusmodi visitationis et reformationis negocio iuxta regulam et statuta ordinis antedicti feceritis aut statueritis sive mandaveritis, humiliter acceptent studeantque diligenter, uti tenentur, eciam observare, non 80 obstantibus omnibus, que ipse sanctissimus dominus noster papa in superius inserta commissionis cedula<sup>8)</sup> contenta voluit non obstare. Absolucionem vero omnium et singulorum, qui in non admittendo vos, nostros subdelegatos et apostolicos visitatores, ad huiusmodi vobis iuniunctum officium libere exercendum non admiserint impediverintque in premissis et propterea prefatas nostras sententias quoquo modo incurrerint, 85 nobis et apostolice sedi tantummodo reservamus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras exinde fieri et per secretarium nostrum infrascriptum notarium publicum subscribi et publicari nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Rome in domibus nostre solite residence sub anno a nati- 90

---

<sup>7)</sup> *S.a.* Nr. 5829 *Z. 10f. mit Anm. 4.*

<sup>8)</sup> *S.a.* Nr. 5829.

vitae domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, indictione septima, die vero veneris duodecima mensis ianuarii, pontificatus prefati sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi anno primo, presentibus ibidem honorabilibus viris Henrico Soitern<sup>9)</sup> in Flies et Petro Wymari de Erck-  
95 lentz<sup>10)</sup> in Prutz dicte nostre Brixinensis diocesis parrochialium ecclesiarum rectoribus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

*Notarielle Ausfertigung durch Heinrich Pomert, Kleriker der Diözese Lübeck, von apostolischer und kaiserlicher Autorität öffentlicher Notar und Sekretär des NvK.*

---

<sup>9)</sup> Heinrich Soitern, Pfarrer von Flies und Sekretär des NvK.

<sup>10)</sup> Peter von Erkelenz, Pfarrer von Prutz, Kämmerer und Sekretär des NvK.